

# **Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 136**

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Raginildis cogitans tam de Dei timore quam et remedio anime mee, ut veniam adipisci merear de peccatis meis, idcirco trado beato Willibrordo res meas in pago Bedense in villa que vocatur Althasa cum IIII mansis, id est tam terris, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus et mancipiis et quicquid ibi visa sum habere. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum anno regnante Karolo rege.